

Notissimum habemus auspicante Romulo, qui Palatium ceperat, et Remo, qui Aventinum, priusquam Roma conderetur, auspicia esse captata primumque sex vultures Remum vidisse, dein postea Romulum duodecim, atque ita
 5 et Romam conditam et ipsos reges appellatos: illum, quod prior auspiciū cepisset, Romulum vero, quod maius.

Etiam inter Syllana arma vixerunt.

<De> legibus dicit Aelia et Fufia, quae non sinebant prius aliqua de re ad populum ferri quam comitia
 10 haberentur ad designandos magistratus. Saepe harum feci mentionem. Vixisse autem leges . . . dixit, quod multo tolerabilius est, quam si . . . ne modum . . . est mortuas, quod dictum ab Hortensio elevasse et pro inepto inrisisse Tullius videbatur.

15 Fuerisne tanta crudelitate, ut delectos viros, § 24. principes civitatis, delere tua rogatione conarere.

De hoc tempore locuti sumus in oratione, quae hanc praecedit, L. Vettium, perditae . . . hominem, instinctu